1511. ℥ 2. Januarij

Sigism: 1. Rex Poloniæ Joanni Laski Archi Eppo Gnesnenꝫ

3

Rmē &c. Accepimus certa significatione Magistrum Prussiæ mortuum esse, itaqué mittimus hunc Cubicularium nostrum ad Rmum Dominum Episcopum Varmienꝫ hortando illum ut acceleret Piotrkoviam ad Conventum venire. Nos ad diém Sanctorum Trium Regum Petricoviam veniémus. Operæ prætium est, ut et Vrā Pttās et cæteri omnes Consiliarij convenire accelerent, ut quamprimùm de re Pruthenica consultemus. Itaque Vrā Pttās eos admoneat, ut venire non moreuttur.

Annô et Die ÿsdem.

Sigism 1. Rex Polon: Lucæ Eppō Varmienꝫ

Nuntiatum nobis est Illmūm Dominum Magistrum Prussiæ mortem obÿsse. Itaqué operæ-pretium est, ut de alio Mgrō eligendo aliter, quam de hoc mortuo, provideamus, itaqué hortamur Vestram Paternitatem, ut quæ sit, et quorsum tendat Cruciferorum isthùc intentio, investiget, ut quæ nocitura essent, tempori occurrere possimus. Sed ante omnia opus est, ut paternitas Vrā ad Comitia Rūi Piotrkoviam veniat, ut cum illa et cum alÿs susceptâ deliberatione, quæ ad rem necessaria sunt, sine mora agamus. Credimus, quod Pttās Vrā Nrō desiderio obsequetur. Datum Cracoviæ ℥ 2. Januarij Aº Dni 1511.